UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Archontio remp. gerenti. 282.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

adhibito iureiurando confirmant, ſi quid illi, etiam quod turpiſſimum & abſurdiſſimum ſit, mirificis laudibus efferre inſtituant, id omnium optimum ac præſtantiſſimum eſſe: ac contrà, ſi illi etiam virtutem ipſam vituperare aggrediantur, eam quàm celerrimè inſectantur. Quamobrē cordatis viris vtrumque fugiendum eſt, nempe & adulari, & adulationibus deliniri. Ambo enim iſta, vt hominum riſum miſſum faciam, & incurabile vitium, & intolerandum cruciatum parturiunt.

ἀπηρτημένοι, ὀμνύουσι μὲν ὅτι πάντων ἄριστον εἰ προέλοιντό τι ἐκεῖνοι, καὶ τῶν ἀτοπωτάτων θαυμάζειν, κακίζουσι δὲ ἢ τάχος, εἰ καὶ αὐτὴν ἐπιχειρήσουσι κακίσαι τὴν ἀρετήν. χρὴ τοιγαροῦν τοὺς ἐχέφρονας φεύγειν καὶ τὸ κολακεύειν, καὶ τὸ κολακεύεσθαι. ἄμφω γάρ, ἵνα παρῶ τὸν τῶν ἀνθρώπων γέλωτα, καὶ κακίαν ἀνήκεστον, καὶ τιμωρίαν ἀνύποιστον ὠδίνει.

Archontio remp. gerenti. 282.

Illud quidem perquàm exploratum habeo fore, vt ſi abs te quæram prudentiáne atque ingenij acumine Paulum antecellam, huiuſmodi percunctationem arrogantia ducas. Qui igitur id à me effici poſcis, quod ille minimè potuit? Nam cùm alato illi agricolæ (vt ſingulos prætercam, quorum cauſa vrebatur) & Galatarum natio vſqueadeò ſubacta & oppreſſa fuerit, vt in Iudaïſmum propenderet, & Aſiatici ipſius verbis animum haud attēderint, & pſeudapoſtoli infeſtum aduerſus eum bellū geſſerint, nec tamen propterea quiſquam eum accuſet, verùm contrà ob inſtitutum ac voluntatem corona donet, ecquid tandem me accuſas, quòd cùm permultos, vt abs te dictum eſt, ad virtutem cohortatus ſim, atque etiam induxerim, permultos item à vitio extraxerim, Euſebius & Martinianus, & Zoſimus ac Maro conſiliis meis haudquaquam obtemperarint? At vide, ne dum me criminari videris, amentiam ipſe tuam ridendam propines, vt qui liberi arbitrij regulam ignores, culpámque eorū, qui minimè paruerunt, in eum, qui minimè perſuaſit, transferas.

Ἀρχοντίῳ πολιτευομένῳ. σπβ.

Μάλα ἀκριβῶς οἶδα, ὅτι εἴ σε ἐροίμην, πότερον ἐγὼ τὴν σύνεσιν ἀμείνων, ἢ Παῦλος· αὐτὴν τὴν ἐρώτησιν εἰς ἀλαζονείαν θήσεις. πῶς οὖν ὃ μὴ ἴσχυσεν ἐκεῖνος παρ' ἐμοῦ ζητεῖς κατορθωθῆναι. εἰ γὰρ ἐκείνῳ τῷ ὑποπτέρῳ γεωργῷ, ἵνα τοὺς καθ' ἕνα παραλείψω, ἐφ' ἧς ἐπυροῦτο, καὶ τὸ Γαλατῶν γένος ἐξεπολεμήθη εἰς Ἰουδαϊσμὸν ἀποκλῖναι. καὶ οἱ ἐκ τῆς Ἀσίας οὐ προσέσχον, καὶ οἱ ψευδαπόστολοι διαπρύσιον ἐπολέμουν μάχην. καὶ οὐδεὶς αὐτὸν αἰτιᾶται, ἀλλ' ἀπὸ τῆς γνώμης στεφανοῖ, δι' ἣν αἰτίαν ἐμὲ αἰτιᾷ, τὸν ὥς φῄς, πολλοὺς μὲν εἰς ἀρετὴν παρακαλέσαντα καὶ πεπεικότα. πολλοὺς δ' ἐκ τῆς κακίας ἐξαρπάσαντα. ὅτι δὲ Εὐσέβιος, καὶ Μαρτινιανός, Ζώσιμός τε, καὶ Μάρων, οὐκ ἐπείσθησαν ταῖς παραινέσεσιν, ἀλλ' ὅρα, μὴ δοκῶν ἐμὲ αἰτιᾶσθαι, αὐτὸς ἀνοίας ὀφλήσῃς γέλωτα, ἅτε τὸν τῆς αὐτεξουσιότητος ὅρον ἀγνοῶν, καὶ τὴν αἰτίαν τῶν οὐ πεισθέντων ἐπὶ τὸν οὐ πείσαντα μεταφέρων.

Theodoſio Scholaſtico. 283.

Quo tempore Ezechias Hebræorum rex trophæum aduerſus Perſas, tum omni admiratione maius, tum humano robore atque humana ſpe ſublimius excitatū vidit, tum nimirū morbo percuſſus eſt: quò

Θεοδοσίῳ σχολαστικῷ. σπγ.

Ἡνίκα Ἐζεκίας ὁ τῶν Ἑβραίων βασιλεὺς εἶδε τρόπαιον κατὰ Περσῶν ἐγηγερμένον, καὶ θαύματος κρεῖττον, καὶ πάσης ἀνθρωπίνης ῥώμης τε, καὶ ἐλπίδος ὑψηλότερον, τότε δὴ τότε νόσῳ βάλλεται,